

*Lambaesi in gradibus amphitheatri (VIII 3293 solus descr. Renier). Praeterea in iisdem gradibus signati erant cuneorum numeri: [c.] VI, c. VII, c. VIII, c. VIII. — 1) Curia Papiria nomen traxit a tribu domus imperatoriae.*

**6845<sup>a</sup>** d. m. s. | Memius Co|mes vixit a|nis LXXX, curi|ales eo<sup>1</sup> fel-  
cerunt | curia Iovia, | uxor ei fecit.

*Lambaesi (VIII 3302 vidit Wilmanns). — 1) Scr. ei? Cf. VIII 3298: coniugi per curiales.*

**6846** curiae Iuliae | felici | P. Maccaeus Sil|vanus vet. ex sig.<sup>1</sup> | ob  
honorem | flamonis<sup>2</sup> in se | conlatum s. p. f.

*Lambaesi (VIII 2596 cf. 18094 viderunt Wilmanns et Schmidt). — 1) Veteranus ex signifero. — 2) Videtur significari flamonium curiae. Cf. Schmidt mus. Rhen. 43, 1890 p. 607. — De sacris curiarum Africanarum cf. etiam N. 3371.*

**6847** Fortunae Aug. sacr. | dedicante | L. Novio Crispino<sup>1</sup> leg. Aug.  
pr. pr., | C. Antonius C. f. Col. Alexander | Antiochia, | curiae Hadrianae  
felici | veteranorum <leg. III><sup>3</sup> Aug., | ob honorem flaminat. perpet.<sup>4</sup> |  
quod<sup>5</sup> in se absentem contuler. | promissa statua ex HS IIII m. ñ. | am-  
pliata pecunia fecit.

*Lambaesi (VIII S. 18214 vidi). — Persimilis est titulus VIII S. 18234 dedi-  
catus Minervae, eidem curiae Hadrianae positus ab alio flamine. — 1) Cf. N. 1070.  
Titulus positus inter annos 147 et 150. — 3) Cf. N. 6844 not. 3. — 4) Cf. Schmidt  
mus. Rhen. 47, 1892 p. 128. — 5) quem titulus similis VIII S. 18234.*

**6847<sup>a</sup>** Victoriae Aug. | L. Aemilius For|tis dumviralis | ob honorem  
dum|viratus, quem | in se ordo et | cives sui contule|runt, sicut apud |  
acta pollicitus | est, ex HS V milibus | nummum posujit idemque dedi-  
cavit, curanti|bus Lucii Aemi|lii Simbolio Germa|no Pelusio Purpurio |  
Fortunio liberis | eius.

*Lambaesi in foro (VIII S. 18214 vidit Purgold). — 1) Cf. N. 6877, item N. 5353.*

**6848** Hygiae Aug. sac., | quam res p. Gemell|ens.<sup>1</sup> ob insignem |  
amicitiam<sup>2</sup> Lati[o] | uno tempore impetrat.<sup>3</sup> at.<sup>4</sup> dedica[v.], | For[t]is et  
(*quae sequuntur, nimis lacera*).

*Lambaesi in foro (VIII S. 18218 particulas disiectas vidit Schmidt, omnia  
quae reperta fuerunt solus descr. Poulle). — 1) Videntur significari Gemellae me-  
moratae supra N. 531. — 2) Scilicet quae ipsi cum re publica Lambaesitanorum  
intercedebat. — 3) Nimirum uno tempore ius Latii impetraverunt Gemellenses et  
Lambaesitani. Cf. N. 6780. — 4) at videtur errore repetitum esse.*

**6849** pro sa|lute | et in|colu|mita|te dd. | nn. Va|leria|ni et | Gal-  
li|eni | Augg. || C. Iuli|us Vic|tor|ius | aedi|lis st[a]tuam | Mar|syae<sup>1</sup> |  
quam | o[b ho|no]rem | a[e]di|ficat[is] | promi|serat | sua pe|cunia | fecit |  
et de|dica|vit.

*Verecundae prope Lambaesim in foro rep., est Lambaesi, cippus sex laterum  
(VIII 4249 cf. 18499 vidit Wilmanns). — 1) Cf. N. 6842 not. 2.*